



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 54. Alia media, vt attendat quis sapientiæ, & prudentiæ, & nouissimis, & doctrinæ, & quod ex linguæ fructibus satiabitur, adhibito etiam exemplo anseris aut gruis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

minum Gen. 18. 31. dicit. *Quia se-
mel, ait, coepi, loquar ad Dominum
meum cum sim cinis & puluis.*

CAPVT LIIII.

*Alia media, vt attendat quis sapientie & pru-
dentie, & nouissimis, & doctrine, & quod
ex lingue fructibus satiabitur, adhibeo e-
tiam exemplo anseris aut gruis.*

VNdecimum medium est, vt
attendat sapientie & pruden-
tia & nouissimis, quod labia disci-
plinam conferuent, iuxta id Prou.
5. 1. 2. 3. 4. 5. *Fili mi, attende ad sa-
pientiam meam, & prudentia mea in-
clina aurem tuam, vt custodias cogi-
tationes, & disciplinam labia tua con-
seruent: fauus enim distillas labia me-
retricis, & nitidius oleo guttur eius, no-
uissima autem illius amara quasi absyn-
thium, & acuta quasi gladius biceps. Pe-
des eius descendunt in mortem, & ad infe-
ros gressus eius penetrant. Hic si quis
hec duo nouissima bene consideret,
& addat tertium, die scilicet iudicij,
quo de omni verbo otioso reddenda*

*Atten-
dat sa-
pientie
& pru-
dentie*

*Atten-
dat no-
uiss-
ima.*

erit ratio. Matth. 12. 36. is facili negotio linguam suam compescet. Hinc David in Psalm. 76. vbi quasi fundamentum est exercitiorum spiritualium, quæ religiosis olim vfitatissima & multis causa vitæ in melius mutatæ fuerunt. Vers. 5. inquit. *Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum & non sum locutus. Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum.*

Duodecimum est, doctrinæ attendere. Vnde Eccli. 23. 7. dicitur. *Doctrinam oris audite filij, & qui custodierit illam, non periet labijs, sed nec scandalizabitur in operibus nequissimis.* Ergò talis & ab introitu & à scandalo liber erit, neq; timebit ne mola asinaria in collum eius suspendatur & demergatur in profundum maris, quòd Matth. 18. 6. ijs qui scandalum præbuerit vni ex

pusillis qui in Christum credunt,
expediat.

Decimum tertium erit, consi-
derare incontinentis linguæ incō-
moda septuaginta octo, quæ à ca-
pite 3. ad 20. tradidimus, & vice
versa apud se sæpius expendere
quinquaginta duo encomia & fru-
ctus silentij, quos tradidimus à ca-
pite 20. ad 33. & id Salomonis, Pro-
verb. 18. 20. sæpius in mentem re-
uocare. *De fructu oris viri replebitur
venter eius, & gemina labiorum
ipsius saturabunt eum. Et cap. 24. 26.
Labia deosculabitur, qui recta verba
respondet.*

Decimum quartum medium
est, intueri exemplum non tan-
tum rationalium, vt Agathonis Ab-
batis, de quo diximus cap. 34. num.
5. quòd per triennium lapidem in
ore gestauerit: sed etiam irratio-
nabilium, vt anseris vel gruis: de
quibus ita scribit Ioannes Pierius

Consi-
deras-
tio in-
cōmo-
dorum
& cō-
modos-
rum.

Consi-
derare
irras-
tiona-
bilis
anima-
lia.

Anser
Grus.

libro 24. Hieroglyphicorum. Fuit hoc ab Aegyptijs obseruatum, vt silentium in tempore seruatum, per anserem qui lapillum rostro appræhenderit, significaretur. Auis enim hæc quæ clamore grauius obstrepenti ferè semper clāgit, vt etiam inter pasendum silere nequeat, exemplo est humano generi, taciturnitatis, etiam ubi res exigit, obseruandæ, quippe quæ salutem suam alto interdum silentio tueri solet. Ille siquidem, vt Ammianus autor est ab Orientali; calore inualescente, in Occiduam plagam transmeare consueuerunt, cumq; Taurum montem aquilis abundantem penetrare ceperint, fortissimarum volucrum vim pertimescentes, rostra sua lapillis occludunt, ne vllus vel extrema necessitate clangor elici possit: iisdemq; collibus agi-

liore

liore volatu transeurſis, tutum
iam iter noctæ, calculos proj-
ciunt. Neque me præterit, eru-
ditiffimum virum de diſciplinis
omnibus & politioribus etiam li-
teris optimè meritum, hæc quæ
Ammianus de anferibus ſcribit,
gruum eſſe, aſſeuerare, quòd alij
viderint. Res hæc mihi ſugge-
rit in memoriam non imprudens
Ariſtotelis conſilium, quod Cal-
liſtheni ſectatori & propinquo ſuo
dedit. Cùm eum ad Regem A-
lexandrum mitteret; admonuit
enim hominem, vt quàm rariffi-
mè, & id iucundè, apud eum lo-
queretur, qui vitæ poteſtatem &
necis in arcæ linguæ geſtaret. Hæc
ille. Lapis ergò qui nobis in os
ſumendus eſt, dum hoc iter velo-
ci curſu peragimus ne rapacibus cæ-
li volucris in eſcam cedamus,
eſt Chriſtus Dominus, qui lapis in

*Callie
ſthe-
nes
quomo-
do ſe
erga
Alex-
xand-
rum
habere
de-
beat.*

facris scripturis dicitur, Psalm. 117.
 22. Isai. 8. 14. Daniel. 2. 34. 35. 45.
 Matth. 21. 42. Marc. 12. 10. Luc.
 20. 17. Actor. 4. 11. Rom. 9. 32. 33.
 Eph. 2. 20. Hic est lapis de quo di-
 ctum Isa. 28. 16. *Ecce ego mittam in
 fundamentis Sion lapidem probatum,
 angularem, pretiosum, in fundamen-
 to fundatum: qui crediderit, non fe-
 stinet, etiam in loquendo. Quæ
 verba quoq; citat D. Petrus, 1. Pe-
 tri. 2. 6. Qui ibidem ver. 4. & 5. vo-
 cat Christum. Lapidem vivum ab
 hominibus quidem reprobatum, à Deo
 autem electum, & honorificatum.*
 Hunc lapidem in os iunimus cum
 taciturnitatis eius exemplo, de quo
 egimus cap. 52. insistimus.

DE RECTO VSV
 LINGVAE.

CAPVT LV.

*Ostendit non omnibus semper tacendum esse,
 idq; docetur exemplo cuiusdam in
 discreti religiosi.*

Sicut